

P. TERENCE AFRI

25 nunc quid velim animum attendite : adporto novam  
Epidicazomenon quam vocant comoediam 25  
Graeci, Latini Phormionem nominant  
quia primas partis qui aget is erit Phormio  
parasitu', per quem res geretur maxime  
30 voluntas vostra si ad poetam accesserit.  
date operam, adeste aequo animo per silentium, 30  
ne simili utamur fortuna atque usi sumus  
quom per tumultum noster grex motus locost :  
quem actori' virtus nobis restituit locum  
35 bonitasque vostra adiutans atque aequanimitas.